



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnium huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

LXXVIII. An Sacris Reliqviis Veneratio religiosa debeatur?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

certi Sancti pollere gratia censentur, vt orari possint. 1. Nam 1. Cor. 12. dat sua cuique Deus dona pro vt vult: Vt cuius fit sic in coelo, sicut & in terra, voluntas.

2. Deinde patet ea donorum diuersitas è Scripturis. vt Apoc. 2. *Qui vice-rit. &c. dabo illi potestatem super gentes.* Item alteri dabo stellam matutinam. item, Matth. 24. *Alium Constituet Dominus super familiam suam: Aut super omnia bona sua.*

3. Hinc, Ioan. 14. *In domo Patris mei mansiones multae sunt; vt in qua suas quique functiones obit domesticas, velut in Ecclesia militante: in omnes ordo bonus ex coelesti Hierarchia descendit.*

4. Sicut enim, 1. Cor. 15. *alia est claritas solis, alia luna; alia stellarum; stella enim à stella differt claritate: sic erit in resurrectione, manebitque in gloria; Et verò est in animabus Sanctorum.*

5. Angelis varia delegata sunt munia: At, Luc. 20. *Sancti Angelis aequales sunt;* Ergo, S. Ambr. l. 8. in Lucam: *Sicut Angeli praesunt; ita hi, qui vitam meruerint Angelorum.*

6. Vel herbis, lapidibus &c. rebusq; aliis alia vis est indita; quanto magis gratiarum est distinctio in Sanctis?

7. Benè S. Aug. Epist. 173. *Vbiq; Deus est, & nullo includitur loco &c. Viruntamen ad ista, quae hominibus visibiliter nota sunt, quis potest eius consilium perscrutari, quare in aliis locis haec miracula fiant, in aliis non fiant? Sublicit exempla.*

8. Denique S. Patribus eodem in cultu obiecerunt Manichæi, apud Aug. l. 2. contra Faustum; Vigilantius S. Hieronymo; Iulianus, Apostata, teste Cy-

rillo l. 6. in ipsum: &c. *Hoc est Asculapios, Martes, Pallades, Lucinas, &c. Diros, deasque inducere.*

Rainoldus inquit, id veteribus iniuriis è ingestum fuisse; at hodie nobis verè dari probro.

Sed dicit; non docet: Nos verè eadem illi regerimus, quæ istis Sancti Patres responderunt.

Q V Æ S T I O LXXVIII.

An Sacris RELIQUIIS veneratio religiosa debeat?

LUTHERVS (serm. de cruce iudicat, Reliquias, vt scilicet seductiones, sub terram esse à fontibus. Sic & Lutherani].

CALVINVS idem: cuius SVASIONES Vide in Genealog. p. 1. quest. 22. Idem in Matth. c. 9. v. 21. *Quod mulier cogitat; si modo tetigerit Christi vestem, si protinus fore sanam,* 1. Singularis quidam fuit Sp. Sancti impulsus; Neque ad communem regulam trahi debet. Scimus quam proteruè ludat Superstitio in stulta & inconsiderata emulatione Sanctorum. Atqui similes sunt, non imitatores, qui singulare aliquod exemptum, absque Dei mandato, proprio magis sensu, quam spiritus directione usurpant. 2. Quod in veste hesit potius, quàm vt se illi sanandam precibus offerret, fortè zelo inconsiderato paululum à via deflexit. 3. Praesertim cum paulo post ostendat, dubitanter et perplexo animo identasse. Iam verò, vt demus, hoc illi à Spiritu fuisse dictatum, manet tamen fixa regula; Eidem nostram priuatis exemplis huc & illuc circumagi non debere. Quia Dei verbo penitus affixam esse oportet.

Similia idem in Matth. c. 14. v. 36. Rogabant, vt vel finitima vestis eius tangerent. Et quicumque tetigerunt, salui facti sunt. 4. Credibile est superstitione aliqua fuisse implicitos, cum ad tactum vestis restringerent Christi gratiam. 5. Saltem illum fraudabunt honoris sui parte; cum nihil virtutis sperarent ex simplici eius verbo. 6. Sed ne linum fumigans

gans exlinguat, sese accommodat eorum ruditati. 7. Interea non est quod sibi placeant, qui gratiam Dei in ligno, aut clavis, aut vestibus querunt: 8. Cum diserte pronunciet Scriptura, nefas esse, quicquam nunc concipere de Christo, nisi spirituali cœlestique eius gloria dignum. 9. Tolerata fuit ad compus eorum infirmitas, qui nescientes Christum esse Deum, propius ad eum accedere optarunt. Nunc, cum odore gratia sua cœlum & terram impleat, Fide, non manibus, vel oculis apprehendere docet, quam è cœlis offert salutem.

AUTOR. I. Speciosa hæc & inaurata; sed venenata, & serpentis in Paradiso sermoni tam similia, vt nec ouum ovo similius. Sed expendamus obiter. I. Singularem impulsum fuisse vnde scit, vel probat? Silet. Factum laudat; imitari vetat. Cur; Cum id miraculo Dominus approbârit? Et ipse ibidem Calvinus ex dicto Christi ad cœcos isto: *Iuxta fidem vestram fiat vobis*, dicat, *generalem elicere doctrinam conuenit; Nos, modo ex fide precemur, nunquam in votis nostris repulsam passuros.* Cur non pariter & istud in communem regulam trahi debet: ad venerandum Reliquias? Sicut ad istud Matth. 8. *Dic verbo, & sanabitur puer meus*, ait Calvinus: *Hinc colligi potest generalis regula; Certitudinem salutis nostræ ex Verbo Dei petendam esse.* Ita, quodlibet, licet.

2. Inconsiderati Zeli factum arguit hæreticus, quod miraculo approbavit Christus. Nimirum liciti sui probatione destitutus, ad criminationem vertitur personæ; vt facti exemplique imitationem euertisse videretur.

3. Quid quod eam dubitanter tentasse mentiatur, cui Dominus ait: *Fides tua te saluam fecit*; Hæc certa erat, non animi

perplexi. Ergo manet fixa regula de Reliquiis venerandis: Quia hæc fides hic Dei verbo affixa est, quam frustra reuelleris niteris Caluine.

4. Ad tactum, gratiam Christi restringebant? Quin extendebant magis à Christo etiam in vestem; à fide ad actum. Quæ fimbriæ tribuebant; quæ non Christo tribuerunt? Vnde hic Chryl. *Cum maiore fide eum accedebant.*

5. Quò maior ista calumnia est; quod Christum parte honoris sui fraudabant; quæ exangebant: Quòd Nil virtutis sperarent ex simpli. eius verbo: Ex quo ad altiorem istum fidei actum & gradum profecerat, vt crederent id quod inusitatus erat, credituque difficilior.

6. Sed Christus aliorum ruditati sese accommodauit, ait. Scilicet, vt factum superstiti sum commendaret; qui nec tantillum Pharisaïs dissimulare voluit vquam? Hic etiam ex Christo facit politicum simulatorem, pessimo exemplo; at Calvinistis familiarissimo.

7. Gratiam verò Dei querimus in Ligno; Sed crucis; in Clavis, Sed Christi. &c. inque reliquiis; Sed Sanctorum.

8. Et istud cœlesti spiritaliq; Christi gloria dignum est.

9. Atque etiam in terris Ch. istis manibus vel oculis apprehenditur, Matth. 10. 24. Luc. 10. cibatur, vestitur, potatur, in Synaxi sumitur, bibitur. Similiaque operabantur, Act. 5. *umbra Petri*, & Act. 19. *sudaria & præcinctia Pauli*: Et Act. 4. Apostoli. *Manum extendebant ad sanitates & signa. &c. per Nomen S. suum.*

Hæ ex Euangelio de reliquiariis exemplis, ab Caluino blasphemè traductis, vindiciæ meæ valent ad vniuersum genus

Q 3 nus

nas reliquiarum. Quæ plura desuper
luculentè Scriptura testatur, videre est in
meo *Antichristop.* 1. q. 23.

II. Quid CONCILIA complura
memorem? 1. *Nycanum* II. Act. 3. an-
no 558. vocat *S. Reliquias, fontes salutaris*
beneficiorum Dei; & excommunicat ea-
rum contemtores. 2. *Gangrense*, ante
1200. annos, damnauit Eustathianos; qui
Martyrum Memorias inire fugiebant;
quod Corpora etiam Sanctorum puta-
rent immunda. 3. *Carthaginense*. V. an-
no 397. euerit iussit aras, vbi non essent re-
liquiæ; ne populus superstitione teneretur.
4. *Braccaracense* III. anno 563. iu-
bet thecam eum reliquiis in supplicatio-
nibus per Sacerdotem præferri, 5.
Alouuntinum sub Carolo Magno, vetat
transferri corpora Sanctorum absque li-
centia Episcopi. 6. *Lateranense* III.
Sanctiuit, ne vllius coli inciperentur re-
liquiæ, citra Papæ infallibilem Autori-
tatem.

III. SS. Patrum nimbum densissi-
mum vide in *Bellarmin. libr. 2. de Sanctis*
cap. 7.

IV. Ibid. vide testata Miracula ad se-
pulera, ad S. Ossa; in Inuentione corû;
in Translationibus; In eorum sub aris
inclusionem. &c.

V. Accedunt putidissima Sectariorû
Mendacia, quibus nos & S. Reliquias o-
perare nil erubescunt. De quibus con-
tule meum *Mendacem Antipap. p. 1. q. 7.*
Istis adde futiles argutationes eorûdem,
refutatas in mea *Genealogia part. 1. que-*
stio 22.

Q V Æ S T I O LXXIX.

*Sitne licitum Imaginum Sacrarum
vjus?*

CALVINVS *Instit. lib. 1. c. 11.* tria asse-
rit. 1. Deo inuisibili visibilem fieri i-
maginem, nefas. 2. Christi & Sanctorum
imagines non prohibitas; sed non in templis
ponendas. 3. Eisdem non valere ad instru-
ctionem vllam; sed delectationem solam.
De his vide meam *Genealogiam part. 1. que-*
stio. 23.

DE I. DEO inuisibili visibilem imaginem
feri nefas, SVADET, 1. Scripturis *Exod. 20.*
Non facies tibi sculpsile. *Deut. 4. Imaginem*
nullam vidisti: Obserua ergo te, ne forte dece-
ptus facias tibi vllam similitudinem. &c. 2.
Quia Conc. *Elbertinum* id vetuit. 3. Quia
August. l. de Fid. c. 7. esse nefas ait. &c. 4.
Quia periculum aperit errori. *Itaque si Gre-*
gorius in schola spiritus edoctus fuisset, nunquam
dixisset Imaginem sacrarum librum. 5.
Quia Imagines sunt absentium; at præsens
vb que Deus est. Quidam Catholici senti-
unt idem; ideoque aiunt; Dei imagines to-
lerari in Ecclesia; non probati.

AVTOR. Vt quidam orthodoxi
de imaginibus Dei sentiant transuer-
sum; at non de Christi ac Sanctorum.
Caluiniana verò ea est techna, vt, cum sibi
docuisse videbatur illicitas Dei esse i-
magines, protinus triumphum canat de
hoc; Non licitum vllam colere imagi-
nem.

AT DEVM effigiare fas est. 1. Quia
Angeli, *Exod. 25. & 3. Reg. 6.* picti scul-
ptique sunt, ad Pædagogiam populi: Er-
go & Deus potest; sit licet spiritus. 2.
Quia Deus humana visus in forma est
Adæ. *Genes. 3.* Iacob, scalæ innixus. *Genes.*
28. Prophetis, sedere in folio. Et Sp. San-
ctus specie columbæ visus est. *Matth. 3.*
Angeli item per se pè apparere. 3.
Quia Scriptura Deo membra tribuit hu-
mana, etsi in corpore esse doceat. 4.
Quia pinguntur etiam Virtutes, quæ nec
spiritus quidem sunt. 5. Quia Homo
Dei